

gentis sue socios secum⁴² sumens locum Goslarie cum⁴³ suis, qui secum venerant, edificare cepit primus et venas metallorum argenti⁴⁴, cupri seu plumbi in monte sibi⁴⁵ tradito repperit. Quid multis morer? Homo ille ultra modum cum suis ditatus⁴⁶ est multique mortales locum ab ipsis inhabitatum incolere ceperunt⁴⁷ resque suas, ut ab ipsis emerentur, deferre. Hoc modo forum venalium rerum quam maxime celebratum habuit initium. Itaque, [fol. 69v] sicut fieri solet, illis ex divitiis superbia crevit et ideo undecumque illuc adventantes spreverunt multisque iniuriis affecerunt.⁴⁸ Res ad principes Saxonie perlata est. Qui mox per legatos mandant, si quietam et tranquillam vitam vellent agere, cessarent illo adventantes iniuriis lacerare. Sed illi, quia de divitiis superbierunt solito, confidentiores facti sunt et, ut consueverant, undecumque venientes multis obprobriis affecerunt. Unde principes Saxonie commoti illo miserunt⁴⁹ et per suos multos necave-

Goslarie edificare cepit primusque venas metallorum argenti, cupri seu plumbi ibidem repperit. Qui multis morer? Homo ille ultra modum cum suis ditatus est multique mortales locum incolere ceperunt resque suas, ut ab ipsis emerentur, deferre. Hoc modo forum rerum venalium quam maxime celebratum habuit initium. Itaque, sicut fieri solet, illis ex divitiis superbia crevit et undecumque illuc adventantes spreverunt multisque iniuriis affecerunt. Res ad principes Saxonie perlata est. Qui eis per legatos mandant, si quietam et tranquillam vitam vellent agere, cessarent illo adventantes iniuriis lacerare. Sed illi de divitiis confidentiores facti, ut consueverant, venientes illuc obprobriis affecerunt. Unde principes Saxonie commoti suos illo miserunt et multos eorum necaverunt, alii vero manus furentium vix

42) so auch die *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta* (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 8; Dietrich Engelhus, *Chronik* (wie Anm. 10) S. 1073.

43) cum – venerant] cum suis *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta* (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 9.

44) so auch die *Annalium s. Blasii Brunsvicensium maiorum fragmenta* (wie Anm. 9) S. 17 Z. 28; fehlt in den *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta* (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 9.

45) sibi tradito] so auch die *Annalium s. Aegidii Brunsvicensium excerpta* (wie Anm. 8) ad a. 1016, S. 10 Z. 9.

46) ditatus est] ditatusen Hs.

47) ceperit Hs.

48) spreverent Hs.

49) misert ohne Kürzungsstrich Hs.